8
Y-a
22

Digitized by Google

Leontij meminit Damascen. l. 3. de fid. ubi de cena

anc.ª assedpea s. cyrilli

syrus

Ioannes ep̃s Cessenij pag. 113: 95.

Bartan doctor. 99.

Nerseses generalis 1.

Gregorius ep̃s ad Sebrinus Nerseses 61.

Sappirius ep̃s 61

Petrus ep̃s. 61.

Isaacus ep̃s 123.

Ioannes Armeniae ep̃s circa an. 900. p. 185.

Gregorius ep̃s Armeniae ante Nersesē 187.

8-5-a-22

Digitized by Google

LEGATIO IMP. CÆSARIS MANVELIS COMNENI AVG. AD ARMENIOS,

sive

THEORIANI CVM CATHOlico disputatio, qua imago pij de religione colloquij repræsentatur.

ADIVNXIMVS

LEONIS MAGNI Græcolatinam epistolam, rectæ fidei columnam,

IO. DAMASCENI contra Manichæos dialogum,

LEONTII BYZANTINI sectarum historiam,

CONST. HARMENOPVLI de ijsdem,

Fidei confessiones Harmenopuli, Augustini, Hilarij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Omnia nunc primum depromta ex IO. SAMBVCI V. C. *bibliotheca, de Græcis Latina faciente* LEVNCLAVIO.

Cum privilegio Cæsareo ad annos X.

BASILEÆ,

Ex Officina Petri Pernæ.

M. D. LXXVIII.

ORNATISSIMO ET PRAESTANTI DIGNITATE, VIRTVTE, DOCTRINA VIRO, D. IOANNI A STAINEBACH, COLLEGII *Mainfeldici Scholastico, & rei argentariæ apud Archiepiscopum & principem Septemvirum Trevirensem præfecto,*

IO. LEVNCLAVIVS S. D. P.

T hactenus meis in disciplina iuris civilis, historicisque studijs, semper aliquid intermiscere solitus fui, quod ad pietatis doctrinam pertineret: ita nunc quoq; Basilicorum ecloga, Zosimiq; mei libris historiarum publicatis, antequã ad ius pontificium orientalis ecclesiæ, redactũ in epitomen per Constantinũ Harmenopulum, Nomophylacem & Iudicem Thessalonicensem, ad Michae-

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE
chaelū Proconſulem Attalienſem, ad novellas principū conſtitutiones, patriarcharū ſanctiones, ſynhodorum decreta, pontificum & iuriſconſultorū reſponſa, quorum nō editorum magnā ſane copiam nanctus ſum, ad librum deniq; paratitlorū interpretandum me conferrē; paullum quaſi divertere lubuit ad has elegātiſsimas & plenas religioſę doctrinę diſputationes Theoriani, Damaſceni, Leontij, quas nobilis illa SAMBVCI noſtri, V. C. deq; republ. bene meriti, bibliotheca nobis ſuppeditaſſet. Exiſtimabā enim, me non nullā apud æquos lectores deſcribēdis hiſce tam Græce, quam Latine, gratiam initurū; quod pleræq; magni momēti controverſiæ, noſtro quoq; ſæculo repetitæ, ſane quā perſpicue et erudite libellis hiſce ſint expoſitæ atq; diſcuſſæ. Quod ſi qui nobis obijcient, uti facturos

aliquos arbitror, operam supervacaneam in huiusmodi veterū theologorum scriptis, quæ sectarum historias & refutationes continent, edēdis poni; quod à nostris hominibus cottidie magna cōsimilis argumēti volumina, nescio qua ingenio rū fœcūditate, promātur: fatebor equidē, in ista fatali licētia nasci, quēadmodum princeps ille vatū dixit,

Pharmaca multa quidē bona, mistaq;, sed mala plura.

Verum nos gravissimis de caussis iamdudum nostro cum animo constituisse, secundum litteras sacras piam venerari antiquitatem, deque scriptis illius, remotis ab ista immani acerbitate, quæ modo regnat, veritatē investigare. Præterea nescio quem velut ambitum recurrētium in se rerum, tam intra limites eius cœtus, qui verū dei cultum profitetur, quam profanis in negotijs imperiorū, animadvertisse videmur: quem

quem si gravissimus auctor historię veteris Thucydides non absre considerandum existimat, dum utilem propterea dicit historiam, quod in rebus humanis numquam non prioribus similia quędam soleant ęvenire: quanto magis hoc in ijs faciundum, quę ad intelligẽtiam rectæ religionis, & animorum salutem spectant? Sunt enim quidam reciproci quasi recursus earum sectarum, quę olim sopitæ, iam nostris hisce temporibus denuo veluti resuscitantur. Ad harum agnitionẽ atq; suppressionem, hæ nostræ sectarũ historiæ pariter, & confutationes, à doctis & pijs olim viris factæ, proderunt. Ac instituamus sane brevem quamdam collationem illorum priscorum sæculorum atq; sectarum, cum sæculo sectisque nostris: ut ab inferis illa monstra rursus excitata pareat, & ab ijs animi piorum maio-

re cum adtentione ſibi caveant. Theoriani legatio præcipue tendit ad eum finem, ut veritatem doctrinæ de duabus in Chriſto naturis, inſeparabiliter, & citra cõfuſionem unitis, adſerat; Eutychianos, & monophyſitas, qui poſt unionem volebant in Chriſto naturam dumtaxat unam eſſe, refellat; auctoritatem ſynhodi Chalcedonenſis, quæ damnaverat Eutychem, ſtabiliat. Idem & Leo, Romanus epiſcopus, & pleriſq; ſuis in orationibus Leontius agit. Eutychem narrat, propter unionem naturarum in Chriſto, nimium quantam, & quam artam, in eum eſſe prolapſum errorem, ut omnia, divinæ naturæ propria, cum humana prorſus communia faceret ac permiſceret. Quis modo conſimilia dogmata magno conatu paſſim à quibuſdam, nefarie munus apoſtolicum ſibi vendicantibus, ſe-

ri non videt, verbis dumtaxat nonnihil immutatis, quum quidem & synhodi Chalcedonensis auctoritatem ipsam convellere non dubitet? Habebāt illa tempora Sabellianos, Paulianos, Arianos. habent & nostra, proh dolor, sectatores eorumdem, quum alibi, tum apud Sarmatas & Iazygas, qui editis publice sacrilegis scriptis, auctoritatē synhodi Nicænæ conantur evertere, Gogoque ac Magogo fores aperiunt. Sabellius aiebat, trinitatem esse rem, cuius trinum tantummodo sit nomen. Quid aliud portentum illud hominis voluibolim tibi, Stainebachi, mihiq; notum, quum tecū coniunctissime viverem, quod Byzantium profugit ad barbaros, relicto post se abominabili scripto, quo trinomium dixit idolum, aliasque voces horrendas, & obruendas æterno silentio, cōfinxit? Erant olim,

qui dicerent, Deum Sermonẽ eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum corpore, quod adſumſit. An non itidẽ noſtra vidimus memoria, qui carnem & corpus è cœlo delatum, non adſumtum de virgine, clamitarunt? Ait Harmenopulus noſter, Maſſalianos tradidiſſe, mentẽ hominum ab ipſis detineri dæmonibus, hominumq; naturã in dæmonũ eſſe conſortio. Quid? nõ iſta nũc impudentius a quibuſdã promuntur, qui hominem non renatũ volunt eſſe non dei, ſed ipſius imaginem Satanæ? Idem tradebant, vitia ſive peccata in nobis eſſe natura, ſeu ſubſtantiale quiddã, non accidens. Item pueros, qui edantur in lucem, ex primo generis humani parente Adamo, ut naturam trahere, ſic etiam ſervitutem erga malos genios, adeoq; conſubſtantiatum quemdam dæmonẽ ſecum ferre. Circumſpice quæſo,

de-

deprehendes & noſtro tempore tã deliros inveniri quoſdã, ut opiniones cõſimiles foveant. Damaſcenus heic contra Manichæos probat, peccatum ſive vitium non eſſe ſubſtantiam, vel quiddam exiſtẽs; ſed amiſſionem & privationẽ ſpontaneam eorum bonorum, quæ à Deo naturæ rationis participi ſunt tributa. Hæc opinio Manichæorum, prorſus abſurdiſsima, non multos ante annos opera cuiuſdam male feriati Dalmatæ revixit. Nec proferuntur hæc à me, quaſi cum larvis pugnare cupiã, quod aiunt; ſed ijs dicuntur, qui ſuperſtites adhuc eiuſmodi portenta fœdarum opinionum defendere conantur. Quam illa, quæſo, quæ de enthuſiaſtis Harmenopulus cõmemorat, cũ inſtitutis Anabaptiſtarum noſtri temporis cõveniunt? Mõtanum ait, novã quandam Hieroſolymã ſibi finxiſſe. Nõ

idem à fanaticis hominibus nostra factitatum memoria, qui Miminge rodæ, in occidētali nostra Saxonia, quam urbem nunc Monasteriū dicimus, Hierosolymæ novæ nomen indiderunt. Meminit Sabbatianorū Harmenopulus idē. Quis hodie Marcomanorū Sabbatianos ignorat? De pfectione quidā olim somniabant, quotquot eā adtigissent, illis nō opus aliqua deinceps esse doctrina, frenū veluti quoddā iniicientē, prohibēteq; vitā inordinatā. Eosdē ab omnibus animorū adfectibus immunes esse volebāt. Ne nūc quidē hęc secta desideratur. Quis neget adfines esse Bogomilorum hæresi, quotquot deū patrē veluti seniorē, cū pmissa canaq; barba pingunt; filio vultū iuvenilē, cū barba coloris alterius, et minus prolixa tribuunt? Idē Harmenopulus in Fullone quorumdā mentionē facit, q divinitatē Christi

Christi passibilē dixerunt. Adferere voluerūt hoc ipsum quoq; nostris tēporib. quidā, ꝑ magnis se theologis gerētes, à quorū nominib. equidē lubens abstineo. En renatas nostro tēpore sectas veteres, à quib'ut eo facilius optim⁹ quisq; sibi caveat, perlubēter equidem egregias hasce Theoriani, & aliorū disputationes cōmunicare cū omnibus etiā Grēce volui, ꝑp. multas insignes sanctorū patrum auctoritates, quas omnino Grēce legi expedit, & à multis in ea lingua, requiri scio. quamq̄ ob aliā quoq; caussā Grēca cū Latinis cōiūxi, ꝑpter acutas nimirū Damasceni Leontiq; disputationes: ut sicubi lapsus sit interpres, ad ipsū quasi fontem lector recurrere nullo negotio possit. Theorianū quod peculiariter adtinet, expēdēd⁹ in eo prēcipue modus cōvertēdi nō recte sentiētes in aliqua religionis parte. Prēterea

cõsideretur Generalis illius Armeniorum antistitis in examinandis fundamentis ac rationibus adversarij circumspecta pietas; in concedẽda alteri victoria, ingenua sane modestia, qua se veritatem infitiari nõ posse testatur; in cupiditate convertendi ceteros adhuc errantes, ardor quidam eximius. Consimilia in eius consobrino laudanda veniunt. At Ioannis Syri quæ pertinacia? Nihil etiam cõvictus dicere voluit. Idem adversabatur Theoriano, ut suis aliquid dicere videretur. Ita nũc quoque non pauci sua theatra, suorumque plausus, non dei gloriam, non animarum salutem spectãt. De cærimonijs & adiaphoris, quæ vocãt, egregium heic exstat iudicium, at quales de his, quamque diras nostro tẽpore velitationes vidimus? Disputatio de trishagio perutilis est ad intelligẽdas historias Zonaræ, Ce-

ræ, Cedreni, Glycæ, ceterorũ. Leonis autem epistola prorsus apostolica est, nec opus fuisset de ea nescio quæ miracula fingere, quod monachi quidam in eius vita fecerũt. Nimirum ipse Leo si revivisceret, ea supervacanea profiteretur: is inquam Leo, qui homilia secunda dixit: Nõ aliud vobis, quam quod Petrus docuit, prædicamus. In Damasceni libro multa sunt insignia. verbi gratia, delictorum expiatio num restet à morte, quale quiddam sit vitæ futuræ supplicium, cur diabolum & impios deus crearit, quos perituros norat: an deus sit auctor & causa peccati, & multa sane alia. Leontiũ et Harmenopulum libenter his adiunximus, partim quod post Augustinum, Epiphaniũ, Theodoretũ, de sectis scripserint, adiectis etiam refutationibus: partim, quia præcipuas & maxime noxias exposue-

runt, omissis alijs, quas ipse dies extinxit, ut est in proverbio:

Producere uerum ipse in lucem solet dies.

Denique confessionem Augustini brevem de sancta trinitate, atque aliam Hilarij, quæ in monumentis huius non reperitur, ut à Græcis expositas inveni, sic in extremo collocare volui: tũ ut ostenderem, opus illud Augustini, de quo ista sunt exscripta, pro germano à Græcis habitum, contra cuiusdam opinionem: tum ut ex Hilarij fragmento refutarem hanc eiusdem vocem, sane non tolerandam, quam in Hilarium dũ præfatur, edit: Audemus, inquiens, spiritum sanctum adpellare deum verum, ex patre filioque procedentem, quod veteres aliquamdiu non videntur ausi. Atqui noster Hilarius hoc plane disertis verbis id tradidit. Habes, ornatissime Stainebachi, rationem consilij nostri, quod

inhac cõgerie plurium opuſculorũ edenda ſequuti ſumus; quę quidem ipſa cum mẽtione nominis tui proferre in lucem placuit. Novi enim, quanti venerandas iſtas piæ doctęque antiquitatis reliquias facere ſoleas. ac de his ſane, quæ tibi nunc à nobis offeruntur, etiam tuum cognoſcere iudicium avemus. Deniq; monumẽtum hoc eſto iucundiſsimæ conſuetudinis noſtræ priſtinę, mutuique amoris; cuius tibi memoriam, quæ mihi ſacraſancta ſemper habebitur, etiam atque etiam commendo. Vienna Pannonum. a.d.III.eid. Sextileis. anno A. O. R.

CIↃ IↃ LXXIIX.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΘΕΩΡΙΑΝΟΥ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ, ΠΡΟΣ τὸν καθολικὸν τῶν Αρμενίων.

ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΙΜΙΩΤΑΤΟΝ καὶ εὐλαβέστατον καθολικὸν τῶν ἀρμενίων.

ΕΝ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ς χοη, ἔτει δὲ εἰκοστῷ ὀγδόῳ τῆς αὐτοκρατορίας τοῦ ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου, καὶ θεοστέπτου κυροῦ ΜΑΝΟΥΗΛ, του πορφυρογεννήτου καὶ Κομνηνοῦ, ἰνδικτιῶνος τρίτης, κατὰ τὴν δεκάτην πέμπτην τοῦ μαΐου μηνὸς κατελάβομεν σὺν θεῷ τῶν ῥωμαίων κουλὰ· καὶ χαιρετίσαντες τὸν καθολικὸν τῶν ἀρμενίων, κύριν Νορσέσιν, ἐκ τοῦ μέρους τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν βασιλικὸν θεῖον γράμμα ἀναδιδάξαντες αὐτὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν θέλημα, ὃ πρὸς αὐτὸν κέκτηται ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς· καὶ ὅτι δι' ἐφέσεως ἔχων πλείστης τὴν αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν πρὸς τὴν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν ἕνωσιν, ἐξαπέστειλεν ἡμᾶς σὺν ἐλαχίστους δούλους αὐτοῦ, διὰ τοσούτου μακροῦ διαστήματος,

καὶ οὕτω

THEORIANI ORTHODOXI, CVM CATHOlico Armeniorum colloquium.

IMPERATORIVM DIPLOma, missum ad reverendissimum & religiosissimum Generalem Armeniorum.

Nno ab orbe cōdito VICIƆ ƆC LXXVIII, imperij nyssimi, et christiani et divinitus coronati domini* MANVELIS,* *in Porphyra nati, Comneni, decimo et octavo; indictione tertia, die* XV *mensis Maij adiuvante nos Deo, limites Romanorū adtigimus. quumque* generali Armeniorum, domino Norsesi, præpotentis & sancti imperatoris nostri nomine salutem dixissemus: datas ad ipsum imperatorias sacras litteras ei reddidimus, exposita simul benigna voluntate, quam erga ipsum præpotens & sanctus imperator noster gereret; et quod maximo desiderio tam ipsius, quā subditorum eius unionem cum sancta universali & apostolica ecclesia expetens, nos minimos servos suos tam longo locorum ex interval-*

*Hic annus est à nato Christo 1170.

* Palatij nomē, in quo pariebant Augustæ.

*Vulgò Catholicū vocant.

καὶ οὕτω σκληρᾶς ὁδοῦ, πρὸς τὴν μεγάλην ἀγιωσύνην σου. Τούτων κατήκοος γενόμενος ὁ καθολικὸς, ἔφη πρὸς ἡμᾶς:

Εὐχαριστοῦμεν τῷ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ, ὅτι προνοεῖται καθ' ἡμῶν, τῶν ἐλαχίστων ὄχετῶν τῆς ἁγίας αὐτοῦ βασιλείας· καὶ ὅτι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἔχων τὰς φροντίδας, οὐδὲ ἡμῶν ἐπελάθετο.

Τῷ ἐπαύριον μεταπαλεσάμενος ἡμᾶς, εἶπεν ἡμῖν.

ἀναγνοὺς τὸ πρὸς ἐμὲ βασιλικὸν καὶ θεῖον γράμμα τοῦ θεοπροβλήτου, καὶ θεοσεφοῦς, καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως, ἀνέμαθον τὸ θέλημα αὐτοῦ, καθ' ἣν τῆς ἁγίας τῶν ῥωμαίων ἐκκλησίας, ὅτι ἐὰν θελήσωμεν διορθῶσαι τὰ περὶ τὴν ὀρθοδοξον πίστιν σφάλματα ἡμῶν, ἑτοίμως ἔχει ὅ, τε ἅγιος βασιλεὺς, καὶ ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ ἀποστολικὴ, προσδέξασθαι ἡμᾶς, ὡς ἀδελφούς. Βουλόμεθα οὖν ἀναδιδαχθῆναι, τίνα εἰσὶν, ἃ ἡμεῖς εἰς τὴν πίστιν προσφαλλόμεθα· καὶ εἰ ἐλεγχθῶμεν κανονικῶς μετὰ χαρτικῶν ἀποδείξεων, καὶ εὔλογος, προθύμως δεξόμεθα τὴν διόρθωσιν. Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. προσκαλῶ τὴν μεγάλην ἀγιωσύνην σου, δέχεσθαι τὸν ἡμέτερον λόγον μετὰ τῆς ἐμφύτου αὐτῇ πραότητος. καὶ μὴ φορτικὰς ἡγεῖσθαι τὰς ἐρωτήσεις ἡμῶν. ἕως ἂν ἡμῖν ὡς ἐξ ἐπερωτήσεως καὶ ὁμολογίας ἀμφοτέρων, ὅταν ἀκούσωμεν ἃ

σὺν

lo, & adeo duro itinere, ad insignem ipsius sanctitatem ablegasset. Ea quum Generalis audisset, hæc ad nos loquutus est:

Agimus imperatori sancto gratias, quod et nostri curã gerat, minimorũ ex ijs, q̃ p sancto ipsius imperio preces fundũt; et q̃ orbis universi curas sustinẽs, nostri quoq; nõ sit oblit⁹.

Postridie nobis arcessitis, dixit:

Posteaquam datas ad me imperatorias et sacras ordinati coronatiq; divinitus, et pijssimi imperatoris litteras perlegi; tam ipsius, quam sanctæ Romanorum ecclesiæ voluntatẽ perspexi: quòd videlicet, si nostros circa fiaem orthodoxam errores corrigere velim⁹, paratus sit & sanctus imperator, & sancta generalis ac apostolica ecclesia, nos tamquã fratres recipere. Volumus ergo doceri, quænã illa sint, in quibus nos adversus fidẽ aberremus: ac si quidem ex instituto canonum per sacrarum litterarũ, & consentaneas demonstrationes convicti fuerimus; emendationẽ illã alacriter acceptabimus. THEORIANVS. *Obsecro eximiam illam sanctitatem tuam, ut orationẽ nostram cũ insita sibi mãsuetudine excipiat; nec graves ac molestas sibi nostras interrogationes ducat. Esto autẽ constitutum inter nos, velut ex stipulatu et p̃missio partis utriusq;, ut si qd audiuerimus,*

οὐκ ὀρθῆς ἐννοίας εἶναι δοκοῦν, μὴ εὐθὺς ἀποφαίνεσθαι, ὅτι τοῦτο αἱρετικόν ἐστιν, ἀλλ' ἐρωτᾶν ἐπιμελῶς, καὶ διδάσκεσθαι τὴν σημασίαν τῆς λέξεως, καὶ τὸν νοῦν τοῦ χρωμένου αὐτῇ. παραφυλάττεσθαι δὲ δεῖ ἡμᾶς καὶ τὴν ἀγροικίαν τοῦ ἑρμηνέως, ὃς οὐ μόνον ὅτι γραμματικὴν οὐκ οἶδεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἑλληνίδα πεζὴν διάλεκτον καλῶς ἐξεπίσταται· μή πως τὸ ἐκείνου ἀγνόημα, ἢ ὀλίσθημα, ἡμέτερον λογισθῇ. Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚῸΣ. εὖ λέγεις. οὕτω γενέσθω. Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝῸΣ. ἀπέστειλεν ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου πρὸς τὸν κραταιὸν καὶ ἅγιον ἡμῶν βασιλέα ἐπιστολὴν, ᾗ διαλαμβανει περὶ τινῶν κεφαλαίων τῆς πίστεως, καὶ ἠθῶν ἐκκλησιαστικῶν. ἐρωτῶ οὖν τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, εἰ οὕτω φρονεῖ, ὡς ἐν αὐτῇ γέγραπται, ἢ τὶ τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων ἀθετεῖ. Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚῸΣ. οὕτως ἐφρόνουν, καὶ οὕτω φρονῶ, ὡς ἐν αὐτῇ ἔγραψα. Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝῸΣ. ποίας συνόδους δέχη; Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚῸΣ. τὴν ἐν νικαίᾳ τῶν τιη ἁγίων πατέρων: καὶ τὴν ἐν κωνσταντινουπόλει τῶν ρν ἁγίων θεοφόρων πατέρων: καὶ τὴν ἐν ἐφέσῳ σ ἁγίων πατέρων, ἐν ᾗ νεστόριος καθῃρέθη. Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. ποίων διδασκάλων στέργεις τὰς γραφὰς, καὶ τὰς διδασκαλίας; Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚῸΣ. τοῦ μεγάλου ἀθανασίου, τοῦ ἁγίου

γρηγο-

quod adversari rectæ sententiæ videatur; non continuo pronuntiemus, id hæreticum esse: sed diligenter interrogemus, ac erudiamur de vocis cuiusq; significato, & illius mente, qui ea sit usus. Cavendum quoq; nobis à ruditate interpretis, qui non solũ grammaticã nõ novit; sed ne soluta quidẽ orationẽ Græcã rectè tenet: ne ipsius ignorãtia vel lapsus, nobis imputetur. GENERALIS. Rectè ais. ita fiat. THEORIANVS. Misit epistolam ad præpotentẽ & sanctũ imperatorem eximia sanctitas tua, qua de quibusdam fidei capitibus, & consuetudinibus ecclesiasticis, tractat. itaq; sanctitatem tuam eximiã interrogo, itane sentiat, ut in ea perscriptum est; an aliquid eorum, quæ in illa perscripta sunt, nullius momẽti ducat. GENERALIS. Ita tum sentiebam, & ita sentio, sicut in ea perscripsi. THEORIANVS. Quas synhodos recipis? GENER. Nicænã, sanctorũ CCCXVIII patrũ: Constantinopolitanã, sanctorũ & instinctu divino gubernatorũ CL patrũ: & Ephesinã, sanctorũ CC patrũ, in qua Nestorius ab officio remotus fuit. THEORIANVS. Quorum doctorum scripta & doctrinas adprobas? GENERALIS. Magni illius Athanasy, sancti

χρηγορίου τοῦ θεολόγου, τοῦ μεγάλου βασιλείου, τοῦ ἁγίου χρηγορίου νύσσης, τοῦ ἁγίου ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου, τοῦ ἁγίου ἐφραὶμ, τοῦ ἁγίου κυρίλλου ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλων πολλῶν. Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝΟ'Σ. ἀρξώμεθα λοιπὸν τῆς ἀναγνώσεως τῆς σῆς ἐπιστολῆς, καὶ σκεψώμεθα ἀδελφικῶς τῶν ἐν αὐτῇ κεφαλαίων τὸν νοῦν, εἰ τοῖς προρρηθεῖσι θείοις πατράσι, καὶ ταῖς ἁγίαις συνόδοις ἕπεται. Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚΟ'Σ. εὖ λέγεις. ὅτω γενέσθω.

Καὶ ἀναγνῶντες, ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον: οὗ ἦν γεγραμμένον.

Λέγομεν μίαν φύσιν εἰς τὸν χριστὸν, οὐ κατὰ τὸν
" εὐτυχέα συγχέοντες, οὔτε κατὰ τὸν ἀπολινάριον
" ἐλαττοῦντες: ἀλλὰ κατὰ κύριλλον τὸν ἀλεξαν-
" δρείας ἐν ὀρθοδοξίᾳ, ἅτινα ἔγραψεν ἐν τῇ βί-
" βλῳ αὐτοῦ κατὰ νεστορίου, ὅτι μία ἐστὶν ἡ φύσις τοῦ
" λόγου σεσαρκωμένη. Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝΟ'Σ. ὁ ἅγιος κύριλλος οὐκ εἶπε μίαν φύσιν εἰς τὸν χριστὸν, οὔτε μίαν φύσιν τοῦ χριστοῦ: ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ λόγου, καὶ τότε ἐπήγαγε τὸ, ΣΕΣΑΡΚΩΜΕ'ΝΗΝ. ἡ δὲ ἁγιωσύνη σοῦ οὐκ οἶδ' ὅπως ἀπεριμερίμνως καὶ ἀδεῶς εἶπε μίαν φύσιν εἰς τὸν χριστὸν. καὶ θαυμάζω, πῶς ἐτόλμησεν ἐναλλαγὴν ποιῆσαι τῆς παρὰ τῷ ἁγίῳ τεθείσης λέξεως. Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚΟ'Σ. οὐκ ἤλλαξα. ταυτὸν γὰρ σημαίνει φύσις χριστοῦ, καὶ φύσις τοῦ λόγου σεσαρκωμένη. Ὁ ΘΕΩΡΙ.

οὐ ση-

Gregorij Theologi, Basilij magni, sancti Gregorij Nysseni, sancti Ioānis Chrysostomi, sācti Ephræmi, sancti Cyrilli Alexandrini antistitis, & multorum aliorum. THEORIANVS. Ergo lectionem epistolæ tuæ inchoemus, & capitum in ea comprahensorum mētem fraterne consideremus; an prædictos divos patres, & sanctas synhodos sequatur. GENERALIS. Recte dicis. ita fiat.

Tum perlegentes, ad eum locum venimus, ubi scriptum erat:

Dicimus in Christo naturam unam esse, "non secundum Eutychem confundētes; nec "secundum Apollinarim detrahentes: sed se- "cūdum Alexandrinum antistitem Cyrillū, "in Orthodoxia, quæ in libro contra Nestoriū "scripsit, unam esse naturam SERMONIS incarnatā. THEOR. Sanctus Cyrillus non dixit unam in Christo naturam, nec unam Christi naturam; sed unam naturam SERMONIS, ac deinde subjecit, INCARNATAM. Tua vero sanctitas nescio quo pacto incogitāter et libere naturā unā in Christo dixit. ac miror equidē, cur vocem à sancto viro positā mutare sit ausa. GENER. Non mutavi. nā idē significat natura Christi, & natura Sermonis incarnata. THEOR.

ὰ σημαίνει ταυτὸν. μὴ γένοιτο. τὸ γὰρ χριστὸς ὄνομα, κυρίως τὸ πανάμφοτέρον δηλοῖ θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. διὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, λέγομεν· ὁ χριστὸς ἢ σὰρξ ἐγένετο, ἃ λέγομεν. δηλον ἢ καὶ ἐκ τοῦ μηδεμίαν τῶν ἁγίων εἰπεῖν μίαν φύσιν τοῦ χριστοῦ: μία γὰρ φύσις λόγου ὁ, τε ἅγιος κύριλλος καὶ μετὰ αὐτοῦ ὁ ἅγιος ἀθανάσιος εἶπεν. ὅταν γὰρ λέγωμεν, μίαν φύσιν τοῦ λόγου, τὴν θείαν φύσιν σημαίνει τοῦ ἑνός. ὅταν δὲ μετάθωμεν τὸ, ΣΕΣΑΡΚΩΜΕΝΗΝ, καθὼς ὁ ἅγιος κύριλλος μετὰ σύκεισον ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, σύμπας ὁ λόγος τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας εἰσφέρεται. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. καὶ τίς τῶν ἁγίων μετὰ τὴν ἕνωσιν τοῦτο παρρησίαν εἶπεν; Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. πάντες, ὧν ἄνω τὰ ὀνόματα ἀπηριθμησάς. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ: δεῖξον ἡμῖν ἕνα τούτων, καὶ χρεία ἡμῖν. ὁ γὰρ εἷς τῶν ἁγίων λέγει, πάντες λέγουσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς τοῦ θείου πνεύματος ἐμπνεόμενοι. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ σὺν θεῷ πάντας, οὓς ἄνω ὀνομασὶ εἰρήκας. μόνον μὴ ἐκκάκησης ἀκούων, καὶ πάντων παρέχω τὰς μαρτυρίας. Ο ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. διὰ τοῦτο σπουδάσωμεν, ἵνα τὸ ἀληθὲς ὁρῶμεν· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς ἐκκακεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις. Ο ΘΕΩΡΙΑΝΟΣ. περὶ τῆς τῶν χρήσεων παρεισφορᾶς, ἀναγκαῖον οἶμαι εἰπεῖν, τί ἐστιν οὐσία, καὶ τί ἐστὶ φύσις, τί τε ὑπόστασις,

Non idē ſignificat abſit,nā Chriſti nomen,utrumq; cōunctū ſignificat, Deū ſimul et hominē propterea dicimus, SERMO caro factus eſt.at verò, CHRISTVS caro factus, nō dicimus.Idē et inde patet,quòd nemo ſanctorū unā Chriſti naturā dicat. Vnam vero naturā SERMONIS,tū ſanctus Cyrill.tū S.Athanaſius ante ipsū dixit.quippe quū dicimus una naturā SERMONIS, divinā hoc filij naturā ſignificat: quum verò adȳcimus INCARNATAM,ſicuti S.Cyrill.in ſecūda ad Succeſſū epiſtola fecit;tota ratio administrationis cū carne cōprahēditur.GENERALIS. Et quis ſanctorū hominū poſt unionē hoc expreſſe dixit? THEOR.Omnes, quorū nomina ſupra recēſuiſti. GENER. Oſtēde nobis unū ex eis,et ſatis erit:nā quod ab uno ſanctorū dicitur,ab omnib.dicitur:q̄ omnes ab uno divino ſpiritu adflati fuerint. THEOR.Nō unū dumtaxat oſtendā.ſed universos,adiuvāte Deo,quos nominatim ſupra cōmemoraſti.ſaliē auſcultado ne defatigeris,et omniū tibi teſtimonia proferā. GENERALIS.Propterea cōvenimus,ut veritatem inveniamus: nec in huiuſmodi negotijs defatigari devem⁹. THEOR. Antequā ipſa dicta ꝓferamus, neceſſariū arbitror, ut quid eſſentia vel ſubſtātia ſit,q̄d natura,q̄d

στασίς, καὶ τί πρόσωπον· Διά τοι τοῦτο ἐρωτῶ· πῶς ταῦτα ἐκδέχη; ὡς οἱ ἔξω; ἢ ὡς οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι διωρίσαντο; Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚῸΣ. ἡμεῖς καὶ τῶν ἀμφοτέρων τοὺς ὁρισμοὺς τοὺς περὶ τῶν προκειμένων γινώσκομεν, καὶ πρὸς τὸ εὐθὺ τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἐπιστημονικῶς ἀπευθύνομεν.

Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝῸΣ. ἐγὼ πλείστην ἐν τούτοις διαφορὰν τῶν ἔξω πρὸς τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας ὁρῶ. οἱ γὰρ ἔξω σοφοὶ τὸ ἄτομον, ἤτοι τὴν ὑπόστασιν, καὶ τὸ ἐν τῷ ἀριθμῷ, οὐσίαν ὁρίζονται. ὅπερ οἱ θεῖοι πατέρες οὐ παραδέχονται. οὐσίαν γὰρ οἱ θεοφόροι πατέρες καὶ φύσιν τὰ καθόλου λέγουσιν, ἅτινα οἱ ἔξω εἶδος ὠνόμασαν. διὸ ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος μίαν φύσιν καὶ μίαν οὐσίαν ἐδογμάτισαν, ὑποστάσεις δὲ τρεῖς· ὡς τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας πολλὰς ὑποστάσεις περιεχούσης. ἀμέλει καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις μία οὖσα, ἀπείρους ἔχει τὰς ὑποστάσεις· οἷον πέτρον, καὶ παῦλον, καὶ πάντας τοὺς κατὰ μέρος ἀνθρώπους. ὁ δὲ ἀριστοτέλης τὸ ἄτομον καὶ τὸ ἐν τῷ ἀριθμῷ, ἤτοι τὴν ὑπόστασιν, κυρίως οὐσίαν ὡρίσατο, οὕτω φάσκων· οὐσία δέ ἐστιν ἡ κυριωτάτη, καὶ πρῶτος, καὶ μάλιστα λεγομένη, ἢ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, μήτε ἐν ὑποκειμένῳ τινὶ ἐστὶν, οἷον ὁ τίς ἄνθρωπος, ἢ ὁ τίς ἵππος. πῶς οὖν τοὺς

πρώτως.

θύραθεν

hypostasis, quid persona, dicatur. Propterea te interrogo, quomodo hæc accipias? num ut exteri scriptores, an uti doctores ecclesiæ definierunt? GENER. Nos amborum de vocibus hisce propositis finitiones novimus, & eas ad rectitudinẽ dogmatum pietatis scienter dirigimus. THEOR. Ego plurimum in his extraneos ab ecclesiæ doctoribus dissidere video. Nam illi eruditi homines exteri individuum, sive hypostasin, & unum numero, substantiam definiunt; quod sane divini patres non admittunt. quippe patres illi gubernati divinitus, substantiam et naturam esse universalia dicunt, quæ scriptores exteri speciẽ vocarunt. quapropter in sacrosancta Trinit. naturã unam et unã substantiã, hypostases verò tres, tradiderũt: natura nimirũ & substantia plures hypostases continente. hominũ quidẽ certe natura quũ una sit, infinitas habet hypostases; puta Petrũ, et Paulũ, et homines singillatim universos. Aristot. autẽ individuũ, et unũ numero, sive hypostasin, ꝓprie substantiã definijt, his verbis us⁹: substãtia, q̃ ꝓprijssime, primũq; ac maxime sic dicitur, est; quæ neq; de subiecto quodã dicitur, nec in aliquo subiecto est, velut hic homo, vel hic equus. Quo igitur pacto

Quid substãtia, quid hypostasis.

θύραθεν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, καὶ τοὺς διδασκάλους ἡμῶν εἰς οὐ κατὰ τοῦτο συναγαγεῖν δυνατόν ἐστι· τοὺς μὲν τὸ καθόλου, τοὺς δὲ τὸ καθέκαστον, οὐσίαν καὶ φύσιν ὁρισαμένους; Ο' ΚΑΘΟΛΙΚΟ'Σ. καὶ ἡμεῖς τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἐπὶ τῶν καθόλου λαμβάνομεν, τὸ δὲ πρόσωπον καὶ τὴν ὑπόστασιν, ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος. Ο' ΘΕΩΡΙΑΝΟ'Σ. δῶρόν σοι τῆς ἀπολογίας, μακαριώτατε πάτερ. σύμφρων κἀν τούτῳ τοῖς ἁγίοις πατράσι τυγχάνεις. τί οὖν; τούτων εἴπομεν τοὺς ὅρους καὶ τὴν ἑρμηνείαν; ἢ τούτῳ μόνῳ ἀρκούμεθα, ὅτι ἡ οὐσία καὶ ἡ φύσις καθόλου ἐστὶν· ἡ δὲ ὑπόστασις καὶ τὸ πρόσωπον, καθέκαστον; Ο' ΚΑΘΟΛΙΚΟ'Σ. εἴ σοι φορτικὸν οὐκ ἔστι λέγειν, ἐγὼ ἡδέως ἀκούσομαι. Ο' ΘΕΩΡΙΑΝΟ'Σ. ἐγὼ ἐμὸν μὲν οὐδὲν ἐρῶ, ἀλλ' ὅπερ οἱ τῆς ἐκκλησίας. φωστῆρες ὑμᾶς ἐξεπαίδευσαν. Ο' ΚΑΘΟΛΙΚΟ'Σ. κἀγὼ τοῦτο ἐπιθυμῶ μαθεῖν, τί ἐστιν, ὅπερ οἱ τῆς ἐκκλησίας εἶπον διδάσκαλοι. Ο' ΘΕΩΡΙΑ-
ὄρος οὐσίας. ΝΟ'Σ. οἱ ἅγιοι πατέρες τὴν οὐσίαν οὕτως ὡρίσαντο. Οὐσία ἐστὶ πρώτως τε καὶ κυρίως, πᾶν ὅλιπερ αὐθυπόστατον ὑπάρχει, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. τί δέ ἐστιν αὐθυπόστατον; ὃ καθ' ἑαυτὸ ἐστὶ, καὶ οὐ δι' ἄλλο, οὔτε ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. τουτέστιν, ὃ μὴ χρήζει τινὸς ἄλλου ἔξωθεν αὐτοῦ εἰς τὸ ὑπάρχειν. οἷον πλέγω τὸ

χρῶμα,

fieri potest, ut alieni ab ovili nostro cum doctoribus nostris hac in parte concilientur, quum hi substantiam et naturam universale quiddam, illi singulare definiant? GENERALIS. Nos quoq; substantiã et naturam de universalibus accipimus, personam verò et hypostasin de singularibus. THEORIANVS. Macte animo, beatissime pater, ob hanc satisfactionẽ: qui et hac in parte cũ sanctis patribus consentis. Quid igitur? horum ne finitiones ac declarationem exponemus, an solum hoc nobis sufficiet, quod substantia et natura quiddam universale sint; hypostasis & persona, singulare? GENERALIS. Si tibi molestũ nõ erit exponere, lubens equidẽ audiam. THEORIANVS. Nihil ego meũ proferã. sed quidquid ipsa nos ecclesiæ lumina docuerunt. GENER. Idem et ipse cognoscere gestio, quid nimirũ ecclesiæ doctores tradiderint. THEORIANVS. Sancti patres ita substantiam definierunt. Substantia primum & proprie est, quidquid per se subsistit, nec esse suum habet in alio. Quid autem id quod per se subsistit? quod per se est, ac non propter aliud, vel in alio suũ esse habet: h.e. quod nõ eget alteri? alicui? extra se ad hoc, ut existat; quale quiddã est

Definitio substantiæ.

χρῶμα, τοῦτέστι τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. καὶ τὰ παιδία οὐ δύνανται καθ' ἑαυτὰ εἶναι, χωρὶς σώματος, τοῦ δὲ χομένου αὐτά. καὶ διὰ τοῦτο ἀδιάστατα λέγομεν εἶναι τὰ χρῶμα. τὸ δὲ σῶμα αὐτό, ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ χρῶμα, οὐ δέεται τοῦ χρώματος, εἰς τὸ εἶναι σῶμα. ἀμέλει καὶ τῶν χρωμάτων ἀλλαττομένων, αὐτὸ οὐκ ἀλλάττεται. καὶ γὰρ ἐκ λευκοῦ γίνεται μέλαν, καὶ ἐκ μέλανος ξανθόν, ἢ ἕτερον χρῶμα μεταμφιάζεται. αὐτὸ δὲ μένει, ὅπερ ἐστίν, ἀεί. ἔστιν οὖν τὸ μὲν χρῶμα διὰ τὸ σῶμα, ἵνα χρώζῃ αὐτό: τὸ δὲ σῶμα οὐ διὰ τὸ χρῶμα, ἀλλὰ δι' ἑαυτό. καὶ τὸ μὲν χρῶμα ἐν τῷ σώματι ἔχει τὸ εἶναι, τὸ δὲ σῶμα οὐκ ἐν τῷ χρώματι, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὸ εἶναι. διὸ τοῦτο οὖν τὸ σῶμα οὐσίαν καλοῦμεν, ἐπειδὴ αὐθυπόστατόν ἐστι, καὶ ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἐν ἑτέρῳ ἔχει τὸ εἶναι. οὐκοῦν πᾶν ὃ τι περ αὐθυπόστατόν τε ὑπάρχει, καὶ ἐν ἑαυτῷ, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ὑπάρχει, οὐσία ἐστί. ἔστι δὲ τοῦτο ἡ ὕλικὰ, ἢ ἄϋλα. ὑλικὰ μὲν, γῆ, ὕδωρ, ἀὴρ, πῦρ, καὶ τὰ ἐκ τούτων συνθέτα, λίθος, φυτὸν, ἔμψυχον σῶμα. ἄϋλα δὲ, ψυχὴ λογικὴ, ἄγγελος. ταῦτα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, οὐσία καλοῦνται. ὁ δὲ θεὸς ὑπερούσιος, ὑπερέκεινα πάσης οὐσίας, καὶ εἴ τι τούτων πρεσβύτερον ὑπάρχει. τὰ μὲν οὖν ἐστὶν οὐσία, ἔχομεν ἐγνωσμένον. φύσις δὲ ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἑκάστου τῶν ἀπαριθμηθέντων

τούτων

color, puta niger, aut albus: quæ per se nequeũt existere sine corpore, quod ea recipiat. ac propterea colorẽ non dicimus esse substantiam. Ipsum vero corpus, cui color inest, ad hoc coloris haud indiget, ut corpus sit. immò mutatis coloribus, ipsum non mutatur. nam ex albo nigrum fit, ex nigro flavum, aliumve colorem induit; ipsum verò semper id, quod est, manet. Itaque propter corpus color est, ut id colore tingat; non autẽ corpus propter colorem, sed ex seipso. color itidem in corpore suum esse habet, corpus autem non in colore, sed in seipso existit. eam ob rẽ corpus substãtiam vocamus, quũ per seipsum subsistat, & in seipso, non in alio suum esse habeat. Quidquid ergo per se subsistit, et in seipso, nõ in alio existit, est substantia. Sũt autem hæc vel ex materie, vel expertia materiei. Materialia sunt, terra, aqua, aer, ignis; & res ex his compositæ, lapis, arbor, corpus animatum. Expertia materiei, anima ratione prædita, angelus. Hæc igitur, uti modo aiebã, substantia dicuntur. quippe Deus ultrasubstantialis est, supra omnẽ positus essentiã, & si quid his etiam ulterius. atq; hoc modo iam cognitum habemus, quid substantia sit. Natura vero, est horum cuiusque, iam recensitorum, Quid natura.

τούτων κινήσεως τε καὶ ἠρεμίας, ἐν οἷς πρώτοις αὐτοῖς ὑπάρχει, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. οἷον τὸ λέγω· ἡ γῆ κινεῖται μὲν, κατὰ τὸ βλαστάνειν, καὶ ζωογονεῖν, καὶ τὸ ὅλον ἀλλοιοῦσθαι, κατὰ τοῦτα αὐτὰ εἰς αὐτὸ μεταβαλλομένη· ἠρεμεῖ δὲ, κατὰ τὸν ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεταβασιν, ἀκίνητος οὖσα παντελῶς, καὶ ἀπέραντος. τὸν οὖν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης ἠρεμίας τε καὶ κινήσεως, οὐσίαν ὡς τῇ γῇ ἐνυπάρχουσαν, οὐκ ἔκ τινος δὲ αἰτίας αὐτῇ γιγνομένην, φύσιν καλοῦμέν. παρῆκται δὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα τῆς φύσεως ἀπὸ τοῦ πεφυκέναι, τουτέστιν ὑπάρχειν. ὥστε τὸ αὐτὸ σημαίνει τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως· τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ εἶναι, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ πεφυκέναι. ἀμφότερα δὲ δηλοῦσι τὴν ὕπαρξιν. οὐ μόνον δὲ ὀνόματα, ἀλλὰ καὶ πράγματα ταυτόν ἐστιν ἡ οὐσία καὶ φύσις, ἡ ὅλη ἐγλίω. οὐ γὰρ τὴν κίνησιν αὐτὴν, καὶ τὴν ἠρεμίαν τῶν πραγμάτων, φύσιν εἰρήκαμεν, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν, τουτέστι τὴν αἰτίαν, καθ' ἣν οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλ' οὐσιωδῶς αἱ οὐσίαι κινοῦνται καὶ ἠρεμοῦσιν. ὑπόστασις δέ ἐστι, πρᾶγμα ὑφεστῶς τε καὶ οὐσιῶδες, ἐν ᾧ τὸ τῶν συμβεβηκότων ἀθροισμα, ὡς ἐν ἐνὶ ὑποκειμένῳ, πράγματι καὶ ἐνεργείᾳ ὑφέστηκεν. ἔστιν οὖν ἡ οὐσία, αὐτὸ τὸ ὂν πρᾶγμα· ἡ δὲ ὑπόστασις, καὶ αὐτὸ τὸ ὄν, καὶ τὰ τοῦτῳ ὡς κατὰ συμβεβηκὸς ὑπολαμβανόμενα. πρόσωπον δέ ἐστιν, ὃ

ὅρος ὑποστάσεως.

ὅρος προσώπου.

λόγῳ

motus & quietis principium, quatenus in ipsis primus existit, non secundum accidens. verbi gratia, terra quidem movetur, quatenus germina producit, & fetus, omninoq; alteratur; quatenus secundum hæc ipsa in id mutatur: sed eadem quiescit, quod transitionem de loco ad locũ adtinet, omnino immobilis et itineris expers. Itaq; motus et quietis huiusmodi principiũ, quod terræ substantialiter ineſt, nec ex causa quadam acceſsit; naturã vocamus. Ipsum vero naturæ nomẽ ab nascendo factũ est, i. ab existendo. quo fit, ut substantiæ naturæq; nomen idẽ significet: utrumq; deductũ à verbis paria denotantibus, et existendi significationẽ habẽtibus. neq; tantũ nominetenus idẽ est substantia et natura. sed etiã re; aut saltem proximũ quiddam. non enim motum ipsum, & quietẽ rerum, naturam esse diximus: sed principium, hoc est causam secundũ quã nõ accidẽtarie, sed substãtialiter movẽtur et quiescũt substantiæ. Hypostasis autem, est res existens & substantialis, in qua congeries accidentium, tamquã in uno subiecto, re & effectu existit. itaq; substantia est ipsa res, quæ existit: hypostasis vero, tũ id, q̃ existit; tũ q̃ in eo, veluti per accidens, cõsiderãtur. At persona est id, q̃

Quid hypostasis.

Quid persona.

διὰ τῶν οἰκείων ἐνεργημάτων τε καὶ ἰδιωμάτων, ἀρίδηλον, καὶ περιωρισμένην τῶν ὁμοφυῶν αὐτοῦ παρέχεται τὴν ἐμφάνειαν. οἷον μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ὅτε τῷ διαβόλῳ διεκρίνετο περὶ τοῦ μωϋσέως σώματος, καὶ ὅτε τὰς θείας ἐκείνας προρρήσεις* ἐνέπτησε τῷ δανιὴλ, ἐν πρόσωπον ἀποκεκριμένον τῶν λοιπῶν ἀγγέλων ὄντα ἡμῖν ἐδείκνυ. ἡ οὖν διὰ τῆς ἐνεργείας ἐγγινομένη τινὸς ἡμῖν γνῶσις, πρόσωπον τοῦτο αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν καλεῖν ἡμᾶς ἐκδιδάσκει. καὶ τοῦτο ἐκ τῆς κατ' αἴσθησιν γνώσεως, ἐπὶ τὴν κατ' ἔννοιαν μετήχθη τὸ ὄνομα. ἐπειδὴ γὰρ τοὺς καθ' ἕκαστον ἀνθρώπους ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης ἑκάστῳ ἰδέας τῶν προσώπων, τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων διακρίνομεν, κατὰ τὴν ἐπιβολὴν τῆς ὁράσεως: τούτου χάριν καὶ τὸ δι' οἰκείων ἐνεργειῶν τε καὶ ἰδιοτήτων, τῶν ὁμουσίων διαιρούμενον, πρόσωπον ἐκαλέσαμεν. καὶ αὕτη μὲν ἡ τοῦ προσώπου ὑπογραφή. δοκεῖ δέ πως ταὐτὸν σημαίνειν τῇ ὑποστάσει, ἢ μικρὸν, ἢ οὐδὲν διαλλάττειν. τούτου προεγνωσμένου ἡμῖν, ὅτι ταὐτόν ἐστιν οὐσία τῇ φύσει, καὶ ἡ ὑπόστασις τῷ προσώπῳ: ὅσα περὶ τῆς οὐσίας λεχθήσεσθαι μέλλει, ταῦτα καὶ τῇ φύσει προσαρμοστέον· καὶ ὅσα περὶ ὑποστάσεως, ταῦτα καὶ τῷ προσώπῳ. Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚΟΣ. ἐπιστημόνως οἱ πατέρες ὡρίσαντο ταῦτα, καὶ διηυκρινημένην

τὴν

*ἐνέπτυσε.

per actiones & proprietates suas, manifestũ & distinctum ab alijs, eiusdem naturæ consortibus, indicium sui præbet. veluti Michaelus archangelus, quum de corpore Mosis adversus diabolum disceptabat, & quum divina Danieli oracula pandebat sunam se nobis personam, à ceteris secretam angelis, mõstrabat. Itaque cognitio alicuius, quam ex effectu consequimur, ut eius effecti auctorem personam vocemus, docet. atq; hoc nomen à cognitione, quæ sensu fit; ad eam, quæ fit mente, translatum est. quum enim singulos homines, per adspectabilem vultuum cuiusque formam, ex oculorum intuitu reliquis ab hominibus secernamus: idcirco & id, quod per actiones ac proprietates suas ab eiusdem substantiæ consortibus seiungitur, personam adpellavimus. atque hæc personæ descriptio est. videtur autem quodam modo idem significare, quod hypostasis: aut parum, aut nihil differre. Hisce præcognitis, idem nimirum esse substantiam, quod naturam; idem hypostasin, quod personam: quæcumque de substantia dicentur, aptanda naturæ; & quæcumque de hypostasi, personæ. GENERALIS. Sane quam erudite patres hæc definierunt, & perspicue

τὴν τούτων ἐποιήσαντο ἑρμηνείαν. πλὴν ἤθελον καὶ χρήσεις αὐτῶν, ἵνα γνῶ, πῶς ταῦτα ἐκδέχονται θεολογοῦντες, ὡς ἂν κατὰ τὸν σκοπὸν αὐτῶν καὶ ἡμεῖς ποιησώμεθα τὴν διάλεξιν. Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝῸΣ. οἱ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας οὕτως αὐτὰ ἐκλαμβάνουσιν, ὡς εἶπεν ἡ ἁγιωσύνη σου ἀνωτέρω· τὴν μὲν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἐπὶ τῶν καθόλου; τὴν ὑπόστασιν δὲ καὶ τὸ πρόσωπον, ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον. Ὁ ΚΑΘΟΛΙΚῸΣ. αὐτὸ τοῦτο ζητῶ δειχθῆναί μοι ἐκ τῶν χρήσεων, καὶ μετὰ ταῦτα σὺν θεῷ ἀρξόμεθα συζητεῖν περὶ ὧν συνεληλύθαμεν. Ὁ ΘΕΩΡΙΑΝῸΣ. γενέσθω καὶ τοῦτο, ἐπεί σοι δοκεῖ: καὶ παρίτω εἰς μέσον ὁ τῷ ὄντι φιλοσοφώτατος θεῖος βασίλειος. οὗτος γὰρ πρὸς τερέντιον

βασίλειος.

" γράφων, τάδε φησί. περὶ δὲ τοῦ θεοῦ ὅτι οὐσία καὶ
" ὑπόστασις οὐ ταυτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ, ὡς νομίζω,
" ἐπεσημήναντο οἱ ἀπὸ τῆς δύσεως ἀδελφοὶ. τὸ
" στενὸν γὰρ τῆς αὐτῶν γλώττης ὑφορώμενοι, τὸ
" τῆς οὐσίας ὄνομα τῇ ἑλλάδι φωνῇ παραδεδώ-
" κασιν, ἵνα εἴτις εἴη διαφορᾷ τῆς ἐννοίας, σώζοι-
" το αὐτῇ ἐν τῇ εὐκρινεῖ ἀσυγχύτῳ διαστάσει
" τῶν ὀνομάτων. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐν βραχεῖ τὸ
" ἡμῖν δοκοῦν εἰπεῖν, ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι ὃν ἔχει
" λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία
" πρὸς τὴν ὑπόστασιν· ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ κοι-
" νῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τοῖς
" αὐτὸν ἰδιώμασιν ὁ δεῖνα ἐστὶ καὶ ὁ δεῖνα. οὕτω

κἀκεῖ,

declararunt. Sed equidem & auctoritates ipſorum dictaq; requiro, ut quo pacto hæc de Deo pertractantes accipiant, intelligam: & nos quoque iuxta ſcopum eorum, colloquiũ hoc inſtituamus. THEORIANVS. Eccleſiæ doctores hæc ita, uti ſanctitas tua ſupra dixit, accipiunt: ſubſtantiam ſcilicet, ac naturam de univerſalibus; hypoſtaſin et perſonam, de ſingularibus. GENER. Hoc ipſum mihi de patrum dictis monſtrari cupio, ac deinde Deo propitio colloqui de ijs incipiemus, quorũ cauſa cõvenimus. THEORIANVS. Fiat id quoq; quando ſic tibi videtur: adeoq; prodeat in medium doctiſſimꝰ reapſe divus ille Baſilius. nam eius, ad Terentium ſcribentis, hæc verba ſunt. Non idẽ eſſe, de Deo quũ loquimur, ſubſtantiam & hypoſtaſin: etiã ipſi, mea quidem opinione, fratres occidẽtales indicarunt. nam lingua ſua anguſtiam reveriti, ipſum Vſiæ nomen lingua Græca repoſuerunt: ut ſi q̃ in ſenſu diſcrimẽ eſſet, id ei pſpicua minimeq; cõfuſa vocũ diverſitate ſalvũ eſſet. Si tamẽ et nobis indicãda paucis noſtra eſt opinio, dicemꝰ eã ſubſtãtiæ rationẽ eſſe ad hypoſtaſin; q̃ rei cõmunis eſt ad peculiarẽ. nã quiſq; noſtrũ et cõmuni ratione ſubſtãtiæ, particeps eſt eſſentiæ, et ob peculiares ſibi pprietates, hic vel ille eſt. Sic Basilius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

,, κἀκεῖ, ὁ μὲν τῆς οὐσίας λόγος κοινὸς, οἷον ἡ ἀ-
,, γαθότης, ἡ θεότης, ἢ εἴ τι ἄλλο, νοείτω· ἡ δὲ ὑπό-
,, στασις ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς πατρότητος, ἢ τῆς ἀ-
γεννησίας δυνάμεως θεωρεῖται. τὰ ὅμοια δ' ὁ
αὐτὸς θεῖος ἀνὴρ πρὸς ἀμφιλόχιον τὸν τῶν ἀ-
γιωτάτων ἐκκλησίαν τῇ εἰκονίᾳ φωτίσαντα ἐ-
,, πιστέλλων φησίν· οὐσίᾳ μὲν γὰρ ὑπόστασις ταύτῳ ἔ-
,, χει τὴν διαφοράν, ἣν τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ'
,, ἕκαστον· οἷον, ὡς ἔχει τὸ ζῷον πρὸς τὸν θεῖον ἄν-
,, θρωπον. διὰ τοῦτο οὐσίαν μὲν μίαν θεότητος ὁμολο-
,, γοῦμεν, ὥστε τὸν τοῦ εἶναι λόγον μὴ διαφόρως ἀ-
,, πολιδόναι· ὑποστάσεις δὲ ἰδιάζουσαν, ἵνα ἀσυγχυ-
,, τος ἡμῖν, καὶ τετραγωνισμένη ἡ περὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ
,, ἁγίου πνεύματος ὑπάρχοι. μὴ γὰρ νοούντων
,, τὰς ἀφορισμένας περὶ ἕκαστον χαρακτῆρας,
,, οἷον πατρότητα, καὶ υἱότητα, καὶ ἁγιασμὸν, ἀλλ' ἐκ
,, τῆς κοινῆς τοῦ εἶναι συνοίας ὁμολογούντων θεὸν,
,, ἀμήχανον ὑγιῶς τὸν λόγον τῆς πίστεως ἀποδί-
,, δοσθαι. χρὴ οὖν τῷ κοινῷ τὸ ἰδιάζον προσιθέν-
,, τας ὕστερον τὴν πίστιν ὁμολογεῖν· κοινὸν μὲν ἡ θεότης, ἴ-
,, διον δὲ ἡ πατρότης· εἶτα σωσάβελλας λέγειν πιστεύ-
,, ω εἰς θεὸν πατέρα. καὶ πάλιν ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ ὁμολο-
,, γίᾳ ἀσφαλέστερον ποιεῖν, καὶ τῷ κοινῷ σωσάβελλα
,, τὸ ἴδιον, καὶ λέγειν· εἰς θεὸν υἱόν. ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ
,, ἁγίου πνεύματος καὶ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἐκφωνή-
,, σεως τὴν προφορὰν σχηματίζοντας λέγειν· πι-
,, στεύω εἰς τὸ θεῖον πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὥστε διόλου
,, τὴν ἑνότητα σώζεσθαι ἐν τῇ τῆς θεότητος ὁμολο-

γίᾳ,

et ibi, substantiæ quidē ratio cōmunis intelligatur; ut bonitas, diuinitas, aut si quid aliud: hypostasis vero, in ꝓprietate paternitatis, aut facultatis sanctificātis, cernitur. Cōsimilia verba sunt eiusdē diuini hominis, ad Amphilochiū, sāctissimæ Iconiēsis ecclesiæ lumē, scribētis. Substātia et hypostasis, inquit, ita differūt; uti cōmune ac singulare. puta, q̄ animalis est ad unū aliquē hominē ratio. ꝓpterea substātiā diuinitatis unā cōfitemur, ut essentiæ ratio minime aiversa reddatur: hypostasin vero singulare qd dicimus ut inconfusa nobis et explicata de patre, filio. sanctoq̄ spiritu sit notio. quippe si separatas cuiusq̄ notas nō considerem⁹, ut paternitatē, ut filietatē, ut sanctificationē; sed de cōmuni notione essentiæ, Deū cōfiteamur: fieri nullo modo potest, ut recte fidei ratio reddatur. Itaq̄ necesse est, ad cōmune adiecto peculiari, hac fidei normam cōfitendo sequi. Commune est diuinitas, peculiare paternitas. hæc coniungentes dicamus, Credo in deum patrem. Rursus in confessione filij consimile fiat, & communi peculiare iungētes, dicamus; Credo in deū filiū. Similiter & de spiritu sācto, verbis cōsentaneo modo cōceptis; dicam⁹; Credo in diuinū spiritū illū sāctū: ita quidē ut ubiq̄ seruem⁹ in cōfessione diuinitatis unitatē; ac ni

,, γίᾳ, καὶ τὸ τῶν προσώπων ἰδίαζον ὁμολογεῖσθαι
,, ἐν τῷ ἀφορισμῷ τῶν περὶ ἕκαστον νοουμένων ἰδιω-
,, μάτων. οἱ δὲ ταυτὸν λέγοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν.
,, ἀναγκάζονται πρόσωπα μόνον ὁμολογεῖν διά-
,, φορα, καὶ ἐν τῷ παραιτεῖσθαι λέγειν τρεῖς ὑ-
,, ποστάσεις, εὑρίσκονται μὴ φεύγοντες τὸ σαβελ-
*ὡς δὲ λίου κακὸν, *ὃς καὶ αὐτὸς πολλαχοῦ συγχέων
τὴν ἔννοιαν, ἐνεχείρει διαιρεῖν τὰ πρόσωπα,
,, τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν λέγων πρὸς τὴν ἑκάστο-
,, τε παρατυγχάνουσαν χρείαν μεταχηματί-
,, ζεσθαι. εἰ δέ τις τυχὸν μὴ νομίζοι ἀξιοχρέους
εἶναι τὰς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ παναγίου τοῦδε
πατρὸς μαρτυρίας, παραθησόμεθα καὶ ἐξ ἰδι-
κῆς ἐκθέσεως, ἣν περὶ πίστεως ἐποιήσατο, παρα-
σκευάσας τὸν ἀρμένιον εὐστάθιον ὑπογρά-
ψαι, ὑπόνοιαν τισὶ παρασχόμενον δόξης ἐναν-
,, τίας, ἐν ᾗ ἐκθέσει λέγει ταῦτα. προσήκει τοίνυν
,, ἐναργῶς ὁμολογεῖν, ὅτι πιστεύουσι κατὰ τὰ
,, ῥήματα, τὰ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων πατέρων ἐκτε-
,, θέντα ἐν τῇ νικαίᾳ, κατὰ τὴν ὑγιῶς ἀπὸ τῶν ῥη-
*ἐμφαινομένην. ,, μάτων *ἐμφερομένην διάνοιαν. εἰσὶ γάρ τι-
*ταύτῃ ,, νες, οἱ καὶ ἐν *αὐτῇ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λό-
,, γον τῆς ἀληθείας, πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα
,, τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἕλκοντες, ὅπου
*ἀσεβῶν εἰς τὴν ,, γε καὶ μάρκελλος ἐτόλμησεν *ἀσεβῶς τὴν ὑ-
,, πόστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ψιλὸν
,, αὐτὸν ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφασί-
,, ζεσθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ ὁμοουσίου τὴν
διά-

hilominus ꝓsonarũ peculiare discrimẽ in separatione ꝓprietatũ, quas in singulis mente intelligim⁹, cõsiteamur. Qui vero substantiã et hypostasin idẽ esse dicũt, ꝓsonas saltẽ diversas fateri cogũtur, ac dũ tres hypostases dicere recusant, Sabellij scelus nõ evitare deprehenduntur: qui & ipse notionem hanc plerumq; confundens, personas dividere conabatur; eamdem hypostasin dicens, prout usus exigeret, transformari. Ceterum si quis fortasse testimonia sancti patris huius, ex epistolis depromta, nõ satis idonea putet: adiungemus alia de ipsius expositione peculiari, quam de fide composuit, & ut ei subscriberet, Eustathium illum Armenium impulit, qui opinionis cõtrariæ suspicionem de se nonnullis iniecerat. Ea in expositione Basilij verba hæc sunt. Itaque par est eos aperte fateri, quod secundum ea verba credant, quæ à patribus nostris Nicæa sunt exposita, & quidem in ea sententia, quæ integre de verbis elucet. Sunt enim, qui & in hac ipsa fide veritatis sermoni fraudem faciunt, & pro lubitu suo mentem verborum in ea positorũ trahunt: quando Marcellus etiam, impiè cõvellens hypostasin domini nostri Iesu Christi, eumq; nudum sermonẽ docens, præ se ferre ausus est, hinc eius opinionis sibi submini-

Basilius ad Eustathiũ Cæsariensem.

*τῆς δυσσεβείας τοῦ

,, διάνοιαν κακῶς ἐξηγούμενος. καὶ τινὲς τῶν ἀ-
,, πὸ* τῆς δύσεως, τὸ τοῦ λίβυος σαβελλίου, ὑπό-
,, στασιν καὶ οὐσίαν ταυτὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντες,
,, ἐκεῖθεν ἕλκουσι τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν κατα-
,, σκευὴν τῆς ἑαυτῶν βλασφημίας, ἐκ τοῦ ἐγλε-
,, γράφθαι τῇ πίστει, ὅτι ἐάν τις λέγει ἐξ ἑτέρας οὐ-
,, σίας ἢ ὑποστάσεως τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τοῦτον ἀνα-
,, θεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία. οὐ γὰρ
,, ταυτὸν εἶπον ἐκεῖ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. εἰ γὰρ μίαν
,, καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν ἔννοιαν αἱ φωναί, τίς
,, χρεία ἦν ἑκατέρων; ἀλλὰ δῆλον, ὡς τῶν μὲν ἀρ-
,, νουμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ πατρὸς ἄλλων
,, δὲ λεγόντων ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως. ὥστε ἐ-
,, κεῖνο μὲν κεῖται ἐπ' ἀναιρέσει τοῦ πονηροῦ φρο-
,, νήματος, τοῦτο δὲ φανέρωσιν ἔχει τοῦ σωτηρίου
δόγματος. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁγίων
μαρτυρίας παρασχέσθαι, ἐλθέτω ὁ πολὺς τὰ θεῖα

Ναζιανζηνός

χρηγόριος, ὃς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ θεολογίας συν-
τάγματι ἐπὶ λέξεως τάδε φησί. Μεσότητα ὅταν
,, εἴπω, τὴν ἀληθειαν λέγω, πρὸς ἣν βλέπειν κα-
,, λῶς ἔχει μόνον· καὶ τὴν φαύλην συναίρεσιν πα-
,, ραιτουμένους καὶ τὴν ἀτοπωτέραν διαίρεσιν: ὥστε
,, μη εἰς μίαν ὑπόστασιν συναιρεθέντα τὸν λόγον
,, δέει πολυθείας, ψιλὰ ἡμῖν καταλιπεῖν τὰ ὀνό-
,, ματα, τὸν αὐτὸν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦ-
,, μα ὑπολαμβάνουσι. καὶ μετ' ὀλίγον· ἐπειδὴ χρὴ
,, καὶ τὸν ἕνα θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁ-
,, μολογεῖν, ἤγουν τρία πρόσωπα, ἑκάστην μετὰ τοῦ
ἰδιώ-

strata principia; male ſ. ſententiã vocabuli conſubſtãtialis exponẽs. Itidẽ illius Afri Sabellij quidã impietati adhærẽtes, dũ idẽ hypoſtaſin et ſubſtantiã opinantur eſſe, hinc adſtruẽdæ blaſphemiæ ſuæ occaſiones rapiũt, q̃ in fide perſcriptũ ſit: Si quis dicit, ex alia eſſe ſubſtãtia vel hypoſtaſi filiũ Dei, hũc anathematiſſat ſanctа univerſalis eccleſia. Non. n. ibi dixerũt, idẽ eſſe ſubſtantiã & hypoſtaſin. quippe ſi unũ & idẽ voces hæ denotarẽt, q̃d op⁹ erat utrãq; poni? Manifeſtũ ſ. eſt, id eã ob cauſam factũ, q̃ alij filiũ de ſubſtãtia patris eſſe negarẽt, alij de alia hypoſtaſi eſſe perhiberent. itaq; poſitũ illud eſt, ad everſionem pravæ ſententiæ; hoc ſalubris doctrinæ declaratiõnẽ cõtinet. Quod ſi de alijs quoq; ſanctis hominib⁹ teſtimonia ſuppeditãda sũt, magn⁹ ille divinus in rebus Gregor. ꝑdeat, cuius in libro de theologia 1. hæc ipſa verba sũt. Mea diũ quũ dico, veritatẽ intelligo: ad quã ſolã ſi reſpiciam⁹, et pravã illã cõtractionẽ, abſurdioremq; hac etiã diviſionẽ vitabim⁹, rectè faciem⁹: ut nõ ad unã hypoſtaſin oratio noſtra cogatur, idq; hoc ſolo metu, ne deos plures cõſtituamus: ex quo fieret, ut nuda nobis nomina relinquerẽtur, exiſtimãtib⁹ patrẽ filiũ et ſpiritũ S. eũdẽ eſſe. Itẽ paulo poſt. Omnino deũ unũ retineam⁹ neceſſe eſt, et 3. hypoſt. ſiue tres ꝑſonas eſſe ꝑfiteamur, ſervata etiã

Nazianzeni loca.

ἰδιώματος. τηροῖτο δ' ἄν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος,
,, εἷς μὲν θεὸς, εἰς ἓν αἴτιον καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος
,, ἀναφερομένου. οὐδὲ συντιθεμένων, οὐδὲ συνα-
,, λειφομένων· καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταυτὸ τῆς θεότη-
,, τος, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, κίνημά τε καὶ βούλη-
,, μα, καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα: αἱ δὲ τρεῖς
,, ὑποστάσεις, μηδεμιᾶς ἐπινοουμένης συναλοιφῆς,
,, ἢ ἀναλύσεως, ἢ συγχύσεως· ἵνα μὴ τὸ πᾶν κα-
,, ταλυθῇ δι' ὧν τὸ ἓν σεμνύνεται πλέον, ἢ καλῶς
ἔχει. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ συντακτικῷ λόγῳ ὁ μέγας
οὗτος καὶ θεῖος ἀνὴρ· πιστεύομεν, φησὶν εἰς πα-
,, τέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ὁμοούσιά τε καὶ ὁμό-
,, δοξα, ἐν οἷς καὶ τὸ βάπτισμα τελείωσιν ἔχει, ἔν
,, τε ὀνόμασι καὶ πράγμασιν, (οἶδας ὁ μυηθεὶς)
,, ἄρνησις ὂν ἀθείας, καὶ ὁμολογία θεότητος·
,, καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ
,, γινώσκοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνή-
,, σεως· τὰ δὲ τρία, ταῖς ὑποστάσεσιν, ἤτ' οὖν
,, προσώποις, ὅ τισι φίλον. μὴ δὲ γὰρ οἱ περὶ
,, ταῦτα ζυγομαχοῦντες ἀσχημονείτωσαν, ὥσ-
,, περ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας,
,, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασι. τί γὰρ φατὲ, οἱ τὰς
,, τρεῖς ὑποστάσεις εἰσφέροντες; μὴ τρεῖς οὐ-
,, σίας ὑπολαμβάνοντες, τοῦτο λέγετε; μέγα
,, οἶδα ὅτι βοήσετε κατὰ τῶν οὕτως ὑπειλη-
,, φότων· μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τῶν τρίων
,, δογματίζετε. τί δὲ οἱ τὰ πρόσωπα; μὴ ἓν

οἷόν

uniuſcuiusq; proprietate. Retinebimus autẽ deũ unũ, de mei quidẽ iudicij ſententia, ſi & filius et ſpiritus ad unã causã referãtur, neq; tamẽ vel cõpingantur, vel cõmiſceantur, tũ ratione unius et eiuſdẽ in divinitate (ut ſic loquar) motionis voluntatis q̃, tũ ipſius ſubſtãtiæ idẽtitatis: tres vero hypoſtaſes retinebim⁹, ſi nullã animi noſtri cõmiſtionẽ, vel reſolutionẽ, vel confuſionẽ cogitabũt: ne dũ unitatẽ ampli⁹ veneramur, quã rectũ fuerit, totã in nihilũ redigamus. Idẽ magnus ac divin⁹ vir in oratione, qua pacẽ cõpoſuit: Credim⁹, inquit, in patrẽ, et filiũ, et ſpiritũ sãctũ, eiuſdẽ ſubſtãtiæ ac maieſtatis, in quib. et baptiſmo ſua pfectio cõſtat, tã in nominib⁹, q̃ in rebus, (noſti hæc, quiſquis eo initiat⁹ es) quippe q̃ abiuratio eſt Deũ negãtis impietatis, divinitatis q̃ cõfeſsio. atq; ita pfectionẽ adipiſcimur, unũ quidẽ, quoad eſſentiã et individuã adorationẽ, adgnoſcẽtes; tria vero, quãtum ad hypoſtaſes, vel pſonas, ut quidã loqui malũt. nec. n. indecore ſe gerãt, de his q rixãtur: perinde ac ſi pietas nobis in nominib⁹, nõ in rebus conſiſteret. Quid enim dicitis, q tres hypoſtaſes adfertis? án hoc eo dicitis, q tres eſſentias exiſtimetis? ſcio vos adverſus eos, q ſic exiſtimãt, ingentẽ clamorẽ excitaturos. unã. n. et eamdẽ horũ triũ eſſentiã ſtatuitis.

" οἷόν τι σαύθετον ἀναπλάσσετε; καὶ τρι πρόσωπον;
" ἢ ἀνθρωπόμορφον ὅλως: ἄπαγε. καὶ ὑμεῖς ἀντι-
" βοήσετε. μηδὲ πρόσωπον, ὅ, τι ποτέ ἐστιν, ἴδοι θεοῦ;
" ὃς ὅτως ἔχει. τί οὖν αἱ ὑποστάσεις ὑμῖν βούλον-
" ται, ἢ ὑμῖν τὰ πρόσωπα; προσερήσομαι τὸ. τρία
" εἶναι τὰ διαιρούμενα, οὐ φύσεσιν, ἀλλ' ἰδιότησιν:
" ὑπέρευγε. πῶς ἄν τινες συμφρονοῖεν μᾶλλον,
" καὶ τὸ αὐτὸ λέγοιεν, ἢ οὕτως ἔχοντες, καὶ
ταῖς συλλαβαῖς διαφέρωσιν; ὁμοίως καὶ ἐν
οἷς ἐγκωμιάζει τὸν τῆς ἀλεξανδρέων φωστῆ-
ρα γενόμενον ἀθανάσιον, πάλιν φησί· τῆς
" γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων
" λεγομένων ὑφ' ὑμῶν εὐσεβῶς, (τὸ μὲν γὰρ
" τὴν φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς
" τῶν τριῶν ἰδιότητας) νοουμένων καὶ παρὰ
" τοῖς ἰταλοῖς ὁμοίως, ἀλλ' οὐ δυναμένων διὰ
" τὴν στενότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης, καὶ
" τὴν τῶν ὀνομάτων πενίαν, διελεῖν ἀπὸ τῆς
" οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀντει-
" σαγούσης τὰ πρόσωπα, ἵνα μὴ τρεῖς οὐσίαι
" παραδεχθῶσιν. ἀμέλει κἀν τῷ εἰς τὰ φῶ-
τα λόγῳ οὕτω φησί· θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ
" φωτὶ περιαστράφθην καὶ τρισί. τρισὶ μὲν, κα-
*ὑποστάσεσιν τὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν *ὑποστάσεις, ὅ τισι φί-
" λον καλεῖν, εἴτ' οὖν προσώποις· (οὐδὲν γὰρ
" περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχοῦμεν, ἕως ἂν
" πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν·)

ἑνὶ δὲ,

